

BIBLIOTHECA
CARTVSIANA

23914
27.1.1969

BIBLIOTHECA CARTVSIANA,
Sive,


ILLVSTRIVM
SACRICARTV-
SIENSIS ORDINIS
SCRIPTORVM
CATALOGVS.

*Auctore F. THEODORO PETREIO, eiusdem
apud Vbios familie professo.*

ACCESSERVNT ORIGINES
omniū per Orbem CARTVSIARVM,
quas eruendo publicauit

*Reuer. D. AUBERTVS MIRAEVS, Antuer-
piensis Ecclesiae Scolarcha.*

PERMISSV SVPERIORVM.



COLONIAE,
Apud Antonium Hieratum.
ANNO M. DC. IX.

*Ex cap. xxviii. antiquorum Statutorum
D. GIGONIS. §. 4.*

Quot libros scribimus, tot nobis veritatis præcones facere videmur: sperantes à Domino mercedem pro omnibus, qui per eos vel ab errore correcti fuerint, vel in CATHOLICAE fidei veritate profecerint.

Danielis xx. vers. III.

Qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.

S. B. N. - GB: 576.72250.2

Republished in 1968 by Gregg International Publishers Limited
1 Westmead, Farnborough, Hants., England

Printed in Germany

EEATISSIMO PATRI
D. BRVNONI,
CARTVSIANI INSTITV-
TI PATERIAE PERQVAM
eximio, BIBLIOTHECAM hanc
suam, suaque omnia demissio
animi affectu AVCTOR
offert, dedicat-
que.



NNVS iam voluitur ter-
tius supra vicesimum, Bea-
tissime PATER, quando ad-
olescentulus ego & contem-
ptus, immo propemodum puer, sacra tua
militia signa secutus, solitaria me vita
palestræ tyro inexpertus libens volens
que cœpi accingere. Iam enim tum par-
tim auditione, partim piorum lectione
librorum perceperam, primary nomi-
nis Anachoræ et as eandem olim in tene-
ra etatis flore fuisse auspicatos: ut ni-
mirum posthabitis rerum mundana-
rum illecebris, quæ sunt non tantum
fallaces, quia dubia; verum etiam in-
sidiose, quia dulces, ad vexillum crucis
alacres conuolarent.

EPISTOLA

Ex quorum numero sciebam compri-
mis fuisse sanctissimum CHRISTI præ-
cursorum Baptistam Ioannem, Paulum
ac Hilarionem, Anthonium Magnum,
& Theodorum illum Siceotam, alios quod
complures, qui vix pubertatis annos
prætergressi, horridatamen vasta soli-
tudinis loca audire expetièrē, ne leui sal-
tem maculare vitam famine possent. Et
quidem de illo quo inter natos mulierū
nemo vita sanctimonia maior surre-
xit, hunc in modum sacer ait Hiero-

Epist. 4 ad Ruff. cap. 2. in fine.
nymus; Sanctus IOANNES BAPTISTA sanctam habuit matrem, Pon-
tificisque filius erat: & tamē nec ma-
tris affectu, nec patris opibus vince-
batur, vt in domo parentū cum pe-
riculo viueret castitatis. Viuebat in
heremo (*hanc siquidem septennis est
ingressus*) & oculis desiderantibus
Christum, nihil aliud dignabatur a-
spicere. Vestis aspera, zona pelicea,
cibus locusta, melque silvestre. Cuius
sanctissima vita normam alij deinde,
quos superius enumeraui consecuti, ri-
gidum carni bellum indixere. Quæ
nam enim illuc cū nequissimo humani
gene-

DEDICATORIA.

generis hoste prælia miscuerint, quam
periculosa belli aleam sustinuerint,
quas denique inauditas cacodæmonum
insidias, mundique fraudes ibidem sint
experti, horret meminisse animus.

DE B. siquidem Paulo, annorum quin-
decim adolescentे, quomodo in media
atatis decursu vitam træsigerit, quas-
ve Sathanæ insidias pertulerit, nulli
compertum esse mortalium, idem Hie-
ronymus adserit. Qui deinde D. Hila-
rionis erat & ipse atatis plane eiusdem
cum heremum peteret) res gestas ele-
ganti orationis genere prosequens, fate-
tur varijs eum diabolica nequitia por-
tentis die noctuque exagitatum fuisse:
ad eo ut eum modò balatu pecorum, mo-
dò boum mugitu, quandoque mulie-
rum planctu, nonnunquam puerorum
vagitu, imò & leonum rugitu, & vul-
pecularum gannitu sape numero insi-
gniter sit ludificatus. Quoties enim illi
nudæ, inquit, mulieres cubati, quo-
ties largissimæ apparuere dapes?

PORRÒ ipsimet Hieronymo sanctissimam in solitudine vitam transigentis,
quid euenerit, quidve aduersitatis acci-
derit,

EPISTOLA

Epist. 22.
cap. 12.

derit, norunt hi, qui elegantem illam quæ ad Eustochiū de Virginitatis custodia extat epistola, perlustrarūt: ut potè cui sacco horrebāt membra deformia, & squalida cutis AEthiopice carnis sitū obduxerat. Erat siquidem in vasta illa solitudine cōstitutus, quæ exusta Solis ardoribus, horridum monachis præstabat commorādi domiciliū. Vnde quotidiè lachrymæ, quotidiè gemitus. Et si quando repugnante somnus imminēs oppres̄isset, nuda vix ossa humo harentia collidebat. Sic ubi concava vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebat, illic orationis sue locum deligebat, illic miserrima illud carnis suæ ergastulum, uti ipse vocat, fessus viator reponebat. Et hæc quidem ille.

Tu vero, mi Sanctissime PATER
(liceat oro paterno te compellare nomi-
ne, qui tam parum ea quæ boni sunt fi-
lij, exequor) in quantavite & austерitate
horrendos illos Sabaudicarum alpium
scopulos, in cælum usque rigentes, ac de-
inde etiam remotissimam Calabriæ he-
remum incolueris, quidue ibi difficul-
tatis

DEDICATORIA.

ratis sis perpessus, quaue demonum
prælia expertus, tute ipse melius nosti.
Quippe, qui in tentatione probatus, ac
fidelis inuentus, iam amplissima meri-
torum tuorum præmia victor in cœlis,
toto Diuorum cœtu adplaudente conse-
cutus es.

Tu etenim contempto nobilissimo
generis tui stemmate, neglectis amico-
rum affectibus, calcatis mundi opibus,
spretis honoribus, ut CHRISTVM
nudum nudus sequerere, ad trophyum
crucis, senis comitatus socijs, stren-
nuus miles aduolasti, Romanaq; Ur-
bis delicij, quibus apud RIBANVM
nominis eius II. liberè potiri licebat,
vastissima solitudinis horrorem ante-
posuisti, ac saccum cilicumq; amplissi-
mo Rheginensis Ecclesie Pontificatui
prætulisti, quo ab omni vitiorum na-
uo immunem DEO animam offerres,
vincens nimirum sicut oliua fructi-
fera in domo DEI.

CIVVS idcirco pietissimo interuen-
tu propitium nobis diuinae Maiestatis
numē supplices deposcimus, TIBIQUE
banc illustriū sanctissimi TVI Ordinis

EPISTOLA.

Scriptorū BIBLIOTHECAM, demissē
offerimus, ac dicamus: illud q̄ summis
imisquē precibus obsecramus, ut quot-
quot vel ē tuorum numero literarum
monumentis clari hic à me recensen-
tur, vel alibi p̄fīm tuis sub signis cum
mundo, demonē ac carnē strenue decer-
tant, singularem diuini numinis gra-
tiam, eximiumq; aliquod animi robur
aduersus tartareum illum Gigantem,
sanctissimarum precum tuarum subfi-
dio cōsecuti, nullis temptationum procel-
lis obruantur, prosternantur q;. Arcta
quippe est semita castitatis, strictus
tristes humilitatis, ieiunio carnē edo-
mare, ac spiritui subiugare, difficile:
satkane insidias ille soopertransire calle,
rarum: noxiarum uero cogitationum
illecebris non aliquando solicitari, An-
gelicum potius, quam humanum. Sub-
repit enim nōnunquam inopinatē aux-
riti & cupiditas, & vendicat in me sibi
sedem, iactantia cupit dominari mibi,
superbia vult mibi esse rex; luxuria di-
cit, ego regnabo; ambitio, detractio,
inuidia, & iracūdia certant in me ipso
de me ipso, cuius ego potissimum esse vi-
dear.

D. Bern. bo.
4. super
Missam.

DEDICATORIA.

dear. Ego autem quantum valeo resisto,
renitor quantū iuuor, Dominum mēū
IESVM reclamo, ipsi me defendo, quia i-
psius me iuris agnoſco. Ipsum mihi Deū,
ipſum mihi Dominum teneo, & dico,
non habeo regem nisi Dominū I E-
SV M. Veni ergo Domine, disperge illos
in veritate tua, & regnabis in me; quia
tu es ipſe rex meus, & D E V S meus, Pſal. 43. 5.
qui mandas salutes Iacob, tu es, qui Pſal. 143. 8.
doceſ manus meas ad preliū, & digi-
tos meos ad bellum. Reſpice ergo iam
nunc Domine IESV de caelo, & vide, &
viſita vineam iſtam C A R T V S I A-
N A M, quam per famulum tuum B.
BRVNONEM, quem ut patrem in ter-
ris colimus, plantauit dextera tua; ut
inebriati ab ubertate domus tue, &
torrente voluptatis tuae potati, cūm vi-
te finis aduenierit, ad TE qui via, veri-
tas, & vita es, peruenire mereamur.
TV namque es qui renunciantibus se-
culo, mansiones paras in caelo: unde im-
mensam clementiam tuam humiliter
imploramus, ut intercedente B. BRV-
N O N E Confessore tuo, vota qua profi-
tendo fecimus fideliter implere, & ad

EPIST. DEDICAT.

ea quæ perseverantibus in te dignatus
es promittere, valeamus salubriter per-
uenire, Qui viuis & regnas cum DEO
Patre in unitate Spiritus sancti DEVS
per omnia secula seculorum. AMEN.

LICENTIA REVERENDI PA-
TRIS GENERALIS, au-
tori data.

Perstate alacriter in hoc glorio-
so iuuādē Ecclesię studio. Quod
vt faciatis, GENERALEM vobis LI-
CENTIAM damus edendi in lucem
cætera quæ excudetis opuscula. Car-
tusiæ anno M.D.CIII.IV.Junij.

Frater B R V N O,
Prior Cartusiæ.

I D E M.

Placet nobis, dilecte fili , pium
vestrum, & assiduum in scriben-
do studium. Quod & laudamus, vos
que studiosè ad pergendum in illa
propensa de re christiana benè me-
rendi voluntate, hortamur . Anno
M.DC.IV.

APPRO-

APPROBATIO CENSORIS.

ET ego G HISBERTVS SPECH-
TIVS, SS. Theologiæ Magister,
Apostolicæ Sedis INQVISITOR, &
PRIOR Colon. Ordinis S. DOMINI-
CI, facultatem concedo, vt CARTV-
SIANA hæc BIBLIOTHECA, à Ven.
Patre THEODORO PETREIO elabo-
rata, bonis auibus in lucem eat.
Quippe in qua nihil non Catholi-
cum, nihil non honestis moribus
consentaneum reperitur. Ex Con-
uentu nostro Coloniensi anno M.
DC.Kalendis Decembris.

Ita attestor ego qui supra
manu propriâ.



ELO-

ELOGIA ALIQVOT
INSIGNIA PRAESTANTISSI-
morum quorundam virorum, qui vel vi-
tae fandimonia, vel eruditionis laude
celebres, literarum suarum monu-
mentis ORDINEM CAR-
TUSIENSEM com-
mendarunt.

D. BERNARDVS ABBAS
Claræuallenſis.

I.
Obiit anno
Dom M.C.
LIII.

Nolite negligere, nolite tardare, gran-
dis enim vobis restat via. Altissima est
enim profectio vestra, cœlos transit, par Ange-
lis est, ANGELICAE SIMILIS PVRITA-
T I. Non enim solum vouislus omnem sanctita-
tem, sed omnis sanctitatis perfectionem, & o-
mnis consummationis finem. Epistola ad fra-
tres montis Dei, seu Cartulienses, de vita
solitaria.

Idem epist. x i. ad Cartusienses, & Gui-
gonem Priorem.

Vestra illa succensa, & succedens salutatio
sic mihi, vt verum fatear, accepta fuit, & est;
quasi non ab homine, sed certissime ab illo qui
mandat salutes Iacob, descendere videtur.
&c. Fessius erit mihi ille ducentus dies, &
memo-

ORDINIS CARTVS.

memoriale sempiternum, in quo virum illum
videre, ac suscipere merui, per quem factū est,
vt in cordibus vestris ego reciperer.

Idem epist. C.LIV. ad Bernardum, Prio-
rem Cartusiæ Portarum.

Memor antiqua meæ promissionis, pro-
positum habui & desiderium magnum transfe-
re per vos: reuise quos diligit anima
mea, itineri meo solatium, laboribus leuamen,
peccatis remedium postulare; sed culpis meis
exigentibus factum est vt non nolle, sed vt
non possem. Interim & tuas, & per te SANCTORVM CVM QVI BVS Es, orationes sup-
plex efflagito.

* **GANFRIDVS MONACHVS** ^{* alias Go-}
Claræuallenſis, B.Bernardi quon-^{fridus vel}
dam Notarius. ^{Godefridus.}

Cum iam Dei famulus (BERNARDVS)
annos aliquot in Claraualle peregrisset, ^{Diuus Bern.}
subiit animum eius, vt S. Hugonem Gratiano-^{deuotionis}
politanum Episcopum, & CARTUSIENSES ergo Cartuſ-
frates deuotionis cauſa inuiſeret. In CAR-^{anos rōuerē-}
TUSIA namque à viro reverendissimo GVL-^{ter inuiſis.}
GONE Priore, & ac ceteris fratribus insigni a-
nimis affectu, magnaue veneratione ſuceptus
est. & cat. lib. 3. vitæ D. Bernardi, cap. 1. in
fine.

PE-

ELOGIA

Floruit tem-
poribus D.
Bernardi.

III.

U.COR. 2.

P E T R V S C L V N I A C E N S I S , cognomento Venerabilis.

C A R T V S I E N S I S Ordinis & propositi
instituta quantum dilexerim , quantum
diligam , quantum veneratus sim , quantum am-
plectar , nouerunt multi . Ego vero magis , Deus
autem maximè . Nam si mens mea me non fal-
lit , si conscientia mihi quod verum est attestat-
tur , si tandem vera est sententia diuina , qua di-
cit : Nemo nouit quæ sunt hominis , nisi
spiritus hominis qui in ipso est ; agnosco
me C A R T V S I E N S I V M à triginta iam ferè
annis , hoc est , etiam antequam p rae fesse (viuere
so Cluniacensi Ordini) inciperem , P R A E
C V N C T I S PENE M O R T A L I B U S A-
M A S S E R E L I G I O N E M , coluisse sincerita-
tē , amplexum esse veritatem . Lib . 6. epist . 14.
ad Eugenium Papam .

Et lib . vi . Epist . x x v . ad Priorem Car-
tus . Maiorensis .

S e m p e r s u p r e m ā p e c t o r i s m e i a r c ē V O B I S ,
vestriquę Ordinis viris seruauit : I N S T I T U -
T A C A R T V S I E N S I A V N I V E R S A R V M
R E L I G I O N V M I N S T I T U T I O N I B U S
P R A E T V L I : à primis penè adolescetia annis
sincero affectu sacrum religionis vestre pro-
positum colui . Vnde quando vacare potuit , que-
dam antiquiora vestri Ordinis loca adire fre-
quenter non pigritauit , inaccessibiles penè niui-
bus ,

ORDINIS C A R T V S .

būs , & aglacie altissimas rupes non abhorruit .
Fratres inter illas montium & rupium angu-
stias Omnipotenti Domino seruientes vide-
re , visitare , atque cum eis in Domino iucūdari ,
dulce habui .

Idem libro II . miraculorum ,
capite XXVII .

Seruat in Burgundia partibus inter om-
nes Europeas nostras monastici Ordinis professio-
nes profectio quedam , multis alijs eiusdem pro-
positi SANCTIOR & CAVTIOR ; instituta
nōstro tempore à quibusdam Patribus magnis ,
DOCTIS , & SANCTIS , Magistro BRUN-
NONE Colonensi , M. Lauduino Italico , ac
quibusdam alijs verè MAGNIS , AC DEV-
TIMENTIBVS VIRIS . Qui quorundam
antiquorum Monachorum tepiditate , negligē-
tia , ac desidia pradocti , seculo abrenunciare vo-
lentes , cautius sibi suisqüe in via DEI sectatori-
bus , consuluerunt ; & vigilanti oculo Ordinem
contra omnes penè Satanae infidias circumpe-
ctum instituerunt , &c &c .

N I C O L A V S M O N A C H V S

Suectionensis , qui vixit circa an-
num Domini . M . C . X X .

P erpendens autem vir prudens (B . GO-
DEFRIDVS , Ambianensis Antistes , qui
anno

IV .
Reperitus
illius vita
Tom . 6 . Su-
rij . 8 . Noct .

ELOGIA

anno M.C. XVIII. sanctissimè in Domino obdormiuit) quām molestum, atq; adē intolerabile sit, tot secularium tumultuum perferre tempestates, vbi comperit præclaram seruorum Cartusiam, qui in CARTVSLA non longe à Gratianopoli degebant, relicis omnibus, illo igne quem Dominus IESVS misit in terram, suauiter ardens, ed celerius profectus est, vt quietius vni Deo vacaret. Praerat tunc Cartusia GVLGO, vir egregie doctus, & vita integritate conspicuus, omnium ore prædicandus. Separatim autem degunt singuli, in domicilijs, quæ Cellas vocant, ad Ecclesiam certis horis pariter conueniunt, inde taciti redeunt ad cellas suas: ad nudam carnem asperis induuntur cilicijs, quarta & sexta ferijs pane & aqua vittitant: diuina contemplationi adeo adherent, vt iure possint cum Apostolo dicere. Nostra autem conuersatio in cœlis est, ILLORVM QVE PRECIBVS, ET SANCTORVM MERITIS, MUNDVS CONSTARE VIDEATVR. Sed de eorum excellenti, meritoq; ab omnibus prædicanda conuersatione, alijs plura dicenda relinquimus. Lib.3. vita S. Godefridi, cap.8.

Ibidem lib. III. cap. XXIII.

Iterum circa Rursus B. GODEFRIDVS meditatur fugā, vitæ finem rursus latebras inquirit, rursus iuuat adire mōe- exigit B. Godefridus etates CARTVSLAE. Is enim locus eius animo maxi-

ORDINIS CARTVS.

maximè sedebat. Nam de quodam CARTV- pud Cartuſſ- ſIAE fratre præclarum quiddam & memora- anos com- bile referre solebat, quod toto triennio nunquā morari, atq; quacunque pressus necesse, manu verenda inter eos e- attingere voluerit: adeo castitatis fuit eximus mori. Nota insigni- cultor. cartuſſatem cuiusdam Cartuſſani.

PTRVS BLESENSIS ARCHI- DIACONVS Bathoniensis:

CVR SANCTVM, & glorioſa opinionis V. Ordinem CARTVSIENSEM prava- obiit circa vicando depravas? Si attendas domum CAR annum DZ. TUSIENSEM, quā relinqueret desideras, con- M.CC. fiderei vnde venias, aut quo vadás. Hierusalēti pro Babylone, terram promissionis pro Aegypto, pro exilio patriam, cœlum pro inferno, quietem & patēt pro labore & miseria derelinquit. Dominius siquidem Cartuſſensis, & locus habitationis illius situs est in montibus, & scopulis, & in petris, VT SIT POTIVS HABITATIO ANGELORVM, QVAM HOMINVM. Epist. 86. ad M. Alexandrum Monachū Cartus.

B. ANTHONIVS ARCHI- præſul Florentinus, qui sanctissimè vitam finiuit an. M. CCC. LIX.

Certe valde venerabilis ea ista religio VI. CARTVSIANA. quā usque in praesen- tem diem seruat rigorem suarum obseruatiarū per

ELOGIA

per annos circiter quadringentos. Austerus & quidem est in malis: in abstinentia quidem, quia prolixa reiunia, & sexto omnibus ferijs in pane & aqua: ab esu carnium semper abstinet, etiam in grauissima infirmitate. Parte 2. h. 2. Tit. 15. cap. 22. § 2.

Ad superos
migravit cir-
ca an. Dom.
MCCC
LXXI.

VII.

THOMAS CAMPENSIS, CO-
gnomento Malleolus, cap. IV. vita
Gerardi Magni.

Fot tempore mundi status in maligno vi-
debatur vndeque posicu: ita vi pauci es-
sent qui verbum vite moribus ac vocibus pre-
dicarent, pauciores vero qui continentiam se-
tarentur; & quod dolendum erat, nomen san-
cta religionis, & status deuotionis pra inopia
spiritus, à Patrum praecedentium vestigis ni-
mium claudicabat. Apud CARTVSIESES
VERO LVX VITAE COELESTIS reman-
sunt occulti, & carnalibus videbatur satis austre-
ra: erat tamen DEO GRATISSIMA, & spi-
ritu feruentibus optabilis atque incunda.

Vixit anno
M.D.

IOANNES MAVBVRNVS, LI-
VRIACENSIS Monasterij Abbas, in SPE-
CVLO EXERCITORVM spiri-
tualium, quod ROSETVM
nuncupauit.

VIII. Singulis dominis per singulos annos in
visitacione, excessus tam in capitibus, quam
in membris ritè corrigerentur, non tanti defe-
ctus

ORDINIS CARTVS.

Qui & scandal a, aut dissolutiones suboriren-
tur. Impunitas namque excessum, incentiuum
præstat, & ausum vitiorum. Patet istud in SA-
CRA CARTVSIE SIVM RELIGIO-
NE, QVAE MAXIMAESTETISS& IN-
VENITVR PRAETER CAETERAS RE-
LIGIONES, ob strenuam, vt fertur, visitatio-
num, obseruantiam iuxta illud:

Per tria, fil. fol. vi, Cartusia pmanet in vi. Non pe
Hec Mauburnus Tit. 2. alpha. 8. §. 3. in fine. silenium,
I D E M §. VI. solitudinem,

Ideo nonnulli Religiosorum Ordines praœce-
teris deformius ruerunt, quod non satis se inter-
limites continentia & abstinentia continua-
runt. A qua euagatione quia CELEBRA-
TISSIMVS ILLE se ORDO CARTVSIE-
NSIS, & reliquis occasionibus sibi praecavuit,
idcirco adhuc in primitivo suo flore quotidie
efflorescit.

ALANVS DE RVPE, DOMINI
canus, qui obiit Suollæ in Monaste-
rio Ordinis sui, anno M.
CCCC. LXIV.

Gaudet, & letare o religio CARTV-
SIANA.

1. Tu enim sacro sanctæ Romana Ecclesia fi-
lia es prædicta.
2. Tu pretiosissimis privilegiorum monilibus per
eandem matrem præfulges exornata.

IX.

Duodecim
insignes pre-
rogative Or-
dinis Cartus.

ELOGIA

3. TVA TEMPORE PRIMAE NATVITAS TVAE, NUNQVAM MACVLAM IN GLORIAM TVAM PER DEFORMITATEM NOS CERIS DEDISSE.
4. Tu de fonte purissima veritatis diuinarum laudum carmina immediate & immutabiliter semper & potasti, & conseruasti.
5. Tu animab*us* defunctorum largissimas tuas eleemosynas singulis horis in orationibus tuis non desinūs impartiri.
6. Tu integrum Veius & Nouum Testamentū singulis annis per Ordinem auribus filiorum tuorum inculcare dulciter non cessas.
7. Tu in seminis natura, quæ non deficit in necessariis, nec abundat in superfluis, indefessè incedis.
8. Tu ostiolum tuum ne pedes mulierum illud terant, caute preseruas.
9. Tu fidei pudicitia per iugem inclusionem immaculatam gaudes conseruare.
10. Tu thesaurum pretiosum PAV PER T ATIS cum ceteris essentialibus religionum intuibiliter obseruare comprobabis.
11. Tu tam in capite quā in membris equaliter & rationabiliter omnia necessaria distri- buere non cessas: sine personarū acceptance.
12. Tu propter altissimi Creatoris tui amorem, esui carnium perpetuò abrenunciasti.
13. Tu afferitate vestrum canticorum, ob amore patr^monis Christi, incessanter affligi non re- cuses.
14. Te

ORDINIS CARTVS.

14. Tu vigilijs, ieiunijs, orationibus, carnem tuam mortificare suis cum concupiscentijs non refugis.
15. Tu in silentio, quiete, & solitudine cellæ, Creatori tuo cubiculum cordu tui per dulces meditationes preparare delectaris.
16. Tu euagandi materiam per seculum ob arctiore*m*tui custodiam, stabilitatis voto strixi*m*tuis interdixisti.
17. Tibi è cella in celum facilis patebit ingressus, dummodi iurium cellæ diligens fueris obseruatrix.

Hec Alanus libro de utilitate Psalterij B.
Virginis Mariæ.

SEBASTIANVS BRANT, AR-
gentinensis, V.I.D.ac professor.

Spiritus sancti mibi gratiam da,
Summe cœlorum moderator ô Rex,
Ordinis laudes valeam sonare
Cartusiani.

Ecquis ad vitam leuius beatam
Quis ut securè citius ue tendit:
Tutius quisnam sua fata anhelat,
Cartusiano.

BRUNO tu felix meritò fereris,
Qui viam latam fugiens sinistra,
At ripis dextram prior atque factus
Cartusianus.

Spernis hac mundi bona qua putantur,

X.

Pre-

ELOGIA

Prateris cleri tumidos honores,
Quos queas plures habuisse, factus
Cartulianus.

Tu sacri iuris furias peritus,
Pagina sancte du cili Magister,
Charus & multis nihil ista perdis
Cartulianus.

Inter anfractus, dubiasque mundi
Semitas, arctam peregre capessis,
Et viam certam proprie insecurus
Cartulianus.

Addo quod Papam, variasque pompas
Curia temnens, Calabros adisti,
Hos doces normam, struitq; turris
Cartuliana.

Nullus obstat labor aut grauamen,
Quod minus semen iaceret salutis
Corda fecundans, bonus iste miles
Cartulianus.

BRUNO tum demum venerande claudis
Ultimam vitę per agisque metam,
Pace transmigrans superas ad aulas
Cartulianus.

Regulam linquis satis eminentem
Paribus multis, placidam sacrati,
Pontifex summus probat & decorat
Cartulianos.

Arce nec celsa potuit latere
Civitas, lumen modio tegi, nec
Crescit & paſsim procul, audius ordo
Cartulianus.

ORDINIS CARTVS.

Non rigor quondam Schitie aut Canopi
Accolu major, Nitriæ montis,
Quam seruent casti modo, sobrigit
Cartuliani.

Hactenus nunquam fluvio perenni
Deserit fontis veteris saporem,
Degener nunquam fuit ordo visus
Cartulianus.

Vos odor Christi bonus, aggregatus
Ex cenobitis & anachorecis,
Planè Baptistam, tamen emulantes
Cartuliani.

Mundus haud dignus fuit, et teneres
Abditos cellis eremum colentes,
Pellibus cunctos capreis, melotis
Cartulianos.

Lugeant quamvis spatio momenti,
Et licet semen iaciant gementes,
Attamen lati veniunt maniples
Cartuliani.

Inclitos fructus parit & favae,
Arbor, hanc vitem probat hortulanus,
Palmites qua fert viridantis vue
Cartuliano.

Sabbatha & foedus domini tenetis,
Eftis Eunuchi, domini volentes,
In domo vobis locus est herili
Cartuliani.

Vnic: stellit rugurig, custos

ELOGIA.

Pernigil passer, meditans columba
Et pelicanus, eremi colonus

Cartusianus.

Tuitur o Christi speciose, marense
Tugenus sponso viduate charo,
Fronde non curas viridi cubare

Cartusiane.

Respus quicquid iubeat voluptas,
Balneum vias, teneros amictus,
Carnibus vesci fugis, abstinentio

Cartusiane.

Ipse non queris hominum diem, nec
Arrogas laudes populi caducas,
Gloriae spernis stimulos inanes,

Cartusiane.

Vnius flocci, patriam, parentes,
Liberos, fratres, facit & sorores,
Atque fortuna bona cuncta temnit,

Cartusianus.

Seculi sordes fugi & prophanaat,
Et suam vitam, nihil ista curat,
Dulce nil Christo sine, nil amonum

Cartusiano.

Qui iugum letus teneris ab annis
Pertulit, solus sedet, & tacebit.
Se super gaudet fore se leuatum,

Cartusianus.

Veste procedit cito nuptiali
Obuiam sponso, manibus nitentes

Lampe-

ORDINIS CARTVS.

Lampades gestans, oleo decoras
Cartusianus.

Excubat longas meditatur horas,
Crastina nullus labor est diei,
Quidve manducet, bibet aut fruatur
Cartusianus.

Insuper carnem violat domando,
Incolant cellas, vigilant, precantur,
Abstinent, corpus macerant flagellis,
Cartusiani.

Vnius iussum tolerant Prioris,
Quicquid hic mandat peragunt volentes,
Principi si quid grauius, face scunt
Cartusiani.

Rarior casu facile inde surgunt,
Paruulos petra, propriè atterendo
Baltheo lumbos, Veneremq; stringunt,
Cartusiani.

Id quod elongans facit hoc subire,
Claustra deserti fugiunt, manentes
Milites Christi, lachrymis vacando
Cartusiani.

Optimus vita modus, & probatus
Iure diceris, vtinam misello
Spes sit atletam fore me palestræ
Cartuhianæ.

Sint licet plures populo serentes
Pabulum, paucifaciunt, sed eheu
Qua docent solus opere, iste monstrat
Cartusianus.

ELOCIA

Recte felicem penitus beatum,
Terq; perfectum, sine labe dicam,
Iam vale nostri memor Ordo sancte
Cartusiane.

IOANNES MVRMELLIVS,
Ruræmundanus, obij: Dauentriæ an.
Dñi m. d. xvii. Octob. ii.

XI. **A** Grrippenſi BRVNO qui natus in Vrbe
Dicitur, est dignus quolibet ore cani.
Noſtra ſed illius longè virtutibus impar,
Non audet Clio pondere preſſa loqui.
Ille ſacris multum verſatus in artibus olim,
Parhifia celebri nomine clarus erat.
At poſtquam triftis diuidit miracula caſus,
Continuò mundi gaudia deſtituit.
Aſſumens comites, hominum conſortia vitans,
In loca ſeſcīt non habitat a priuis.
Illic conſtituit ſacras fœliciter aedes,
Viuenſi q; nouum coepit obire genus.
Imposuitq; ſuas eterna silentia clauſtris,
Noſturnis operans inuigilansq; ſacris.
Ordo Cartuſ. Hac ab Apoſtolicā mox Maieſtate probata,
à Sede Apoſtoliſca approbati. Vndiq; diſcipulos traxit in eſtravia.
Inclita mirificas poſſis CARTVSIA laudes,
Et quacunq; Deo eſt inde ſacrata domus.
Hic melici reſonant cantus, hic myſtic aſſacea.
Hic pietas floret, ignea corda micant.
Abſunt deliciae, procul illecebroſa voluptas,
Feminei vultus, blanditiaq; procul.

ORDINIS CARTVS.

Et procul infeſti contagio noxia mundi,
Allicit bic oculos præter honeſta nihil.
Fælix qui tali vita mercariſ Olympum,
CARTVSIANE ſacri fama decuq; chorū.

HENRICVS GLAREANVS, XII.
natione Heluetiſ, Poeta Laureatus,
vixit tempore Caroli V.

HVgo erat Allobrogis benè dignus Epis. opus o-
Candidior quo nō vnuſ & alter erat. (ruſ, Floruit in
Viderat hic ſeptem (diuī mirabile) ſtellæ, Heluetia ann.
In nemora excelsi verticis ire pal. in. 1540.
Somnium erat, taliq; viam ſibi calle parari
Conygit ad cœlum, ſtell' geratq; domos.
Huc adiit BRVNO ſocijs comitantib⁹, hiſc &
Quid veniant paucis commonet ipſi modis:
Inclite forti tuas Praeful peruenit ad aures,
Quis modo Parhifia venerit Vrbe panor.
Is nos hinc alid vertit, valediximus Orbi,
Vrgemur tacito hinc numine ferre pedem.
Obſtupuit Praeful, tacita praſagia mentis,
Concutiunt totum peclis ad uſque virum:
Fælices anima dixit, fælicia certè
Tempora, qua noſtri vſtenuere locis.
Itē inquam, ite, viam veftro diſponite fratri,
Quod petitiſ ratum eſt, quodq; petetiſ erit.
Enſequar ipſe ego vos, manibusq; opibusq; iuue-
Immemorem noſtri non ſinet ylla dies. (bo,
Illi abeunt, loca fed aſtu, ſqualentia muuo
Teſqua vident, rabiſis vix habitanda ſeris.

ELOGIA

Huc subit, dignusq; Viris instruxit heremū.
Et modico immensum tempore crevit opus.
Tandemq; ipse suos mundo commisit honores,
Rupibus huic vixit, montibus hic manet.
Hi primi tanta sunt Religionis alumni,
Hac fluit historia CARTUSIANA, Vale.

THOMAS BOZIVS LIBRO XXII. de signis Eccles. cap. 3. signo xxxv.

XIII. **S**olitarij quidam cœtus, auctore B. BR V-
NIO, excitatissimū sub an. 1084. Quan-
ta verò sit istorum laus, è quinq; perspici potest,
&c. BRVNO itaq; Coloniensi, vir cœlo dela-
psus, cœtus hominū talium primus ab orbe con-
dito est ausus instituere, maxima Germanica
nobilitatis laude: ut essent scilicet, qui ab omni-
bus terreni rebus omnino abstracti, toti rerum
diuinarum contemplatione & obtutu desige-
renerur.

IDEM, ibidem.

Iure attribui posse videtur CARTUSIA-
NORVM familijs, quod nunquam sic eorum
mores à primæua institutione sunt collapsi, vt
eorum leges in deteriorem faciem, nedium vi-
uendi normam, sint immutata. Quid multis
Ordinib; non ita contigit, qui longè ab anti-
quapuritate, vel saltem vita auctoritate, vi-
sunt deflexisse.

ANTO-

ORDINIS CARTVS.

ANTONIUS POSSEVINVS,
Societ. IESV Theologus, in Biblio
theca sua selecta.

CARTUSIANI velut nouæ cohortes pro-
dierunt in campum & animas plurimo-
rum è laqueis diaboli in sanctā Domini liber-
tatem vel VITA & VOCE, vel ASSIDUA ad
DEV M ORATIONE, adseruerunt. Lib. v.
cap. IIII. p. g. C CXXX. ex ultima Colonii-
ensi editione apud Gynnicum.

Habes ergo iam hic, amice Lector, quatuor-
decim grauissimorum Auctorum, de Ordinis
CARTUSIENSIS integritate, vitaq; sancti-
tate, testimonia. Quorum equidem cum nullus
nostri fuerit instituti, hinc ed minus existimandus
est, tales tantosq; probata fidei Scriptores,
priuato voluisse indulgere affectui, Ordinemq;
hunc nostrum plus aquo commendare. Neg, ve-
ro hic omnes percensere fuit animus, qui benè
ac laudabiliter de Cartusiano Ordine ante co-
plures annos scripserunt, sed è pluribus paucos
in medium saltem producere. Alioquin enim
nullatenus mihi omittendi fuissent Ioannes Ger-
son, Petrus de Aliaco, Franciscus Petrarcha, Ar-
noldus Boetius, Ioannes Tritheimius, atque id
genus alij: quos tamen breuitatis
caussa sciens volensq; mis-
sos feci.

BIBLIO-

ELOGIA

BIBLIOTHECAE CARTVSIANAE

R. P. THEODORI PETREI, CAMPEN-
fis, Cartusiz Colonensis professi, amo-
ris ergo accinebat

REINERVS ORIVS, PHILOSOPHIAE
Doctor, ac SS. Theolog. apud Magun-
tinos, &c.

Ergo iam in scena rursum doctrina resulget,
Ergo sacra Sophico Patres sudore, decora
Lumina Cartusiae, simul in systemate planus
Excipiunt uno, Spolijs victoria dudum
Tempora promeritis turgent, reddit entheia virtus
Ser a laborata a ridens obliuia vita.
Nimirum haud vigiles passi torpescere mentes,
Qua latij celebrat, que gloria clara Pelasgi
Fluminis edocti, qui non sua dona profundens
Ipsum diuinis ut dotibus ambit, Olympum
Sic pleno irradiat item terris lumine? Penna
Hic eruginei dannata opprobria facili
Deterit, aut atris errorum moribus umbras
Obducit am pulchro virtutis sole serenat:
Ille Stagyrus pandens referat a fluenti
Ostia, qua in sacra tractantur cunq; palaestra,
Discutit argute: diuina hic arte reposas
Bibliacis sensu libris & dicta reuelat:
Claram alium historicum fert fama per ora, per oras,
Seu queras, quos caca iocos Fortuna grauesq;
Lusit in Orbe vices, seu quantos fortiter hoste
Euicto, natus, superum, retulcre triumphos,
Agnina, quave via pulchrum penetrare per astram
Cetera quis fandi torrens exaequet? inane
Quid tantis metrum sudore, que mole fatigant

Grandis

ORDINIS CARTVS.

Grandi animos grandes? Tuus hic Theodore relucens
Ingenij dextræq; labor docta ordine docta
Sensa virosq; dedit. Dedit alto Pythias olim
Dario, tumidas gazis iactaret ut arcas,
Vite marit at amplat anum cum frondibus aureis,
Mirum opus artificis, tam claro & Principe dignum.
Ille hoc, Te, autumno meliore, be. inter acemos,
Nobilior late vitis splendescit ab viuis
Arte laboratis, non que spumante Iasi,
Socratico ast diuoq; simul maduere liquore.
Ac velut Eoo quas decolor Indus ab orbe
Misit opes, multa celebratos laude lapillos;
Si quis manus bellè Phrygios edocet labores
Allati varam pretijs admisceat artem,
Et vario varias discriminat ordine gemmas;
Quam tacite illud opus menteq; oculosq; tuerint
Abripit, abreptosq; tenet! pretiumne vel artem
Plus celebet? Clari hinc Onychos viridante Smaragdo
Miscentur radij Beryllus at inde rubescens (gdo
Temperat arcanis Hyacinthicerula flaminis,
Aut adamas nitido frangit candore Pyropi
Chrysoliti ignes. Oculis nil gratius vnam.
Sic tua doctorum Theodore monilia Patrum
Tam serie baccata bona, qui corde sagaci
Et vigili excurrens sensu lustrauerit, altas
Materias fontesq; stupens, in sensu residet
Letitia & irrigua sentis et gaudia mente.
Quod tibi doctrina crescenti dinitate gaza,
In seros annos tantum conflabit honorem,
Quantum impallescens constanti pectore chartis
Perpetua Patres sudasti inscribere Cedro.

FINIS.